Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



241

Marcus

c habent. Non eum veni vocare
iustos. set peccatores. Et erat dis-
cipuli Iohannis et phariseii ieiu-
nantes: et venit et dicit illi:
Quare discipuli Iohannis et phari-
seorum ieiunant: tui autem discipuli non
ieiunant. Et illis ihesus. Numquid
possunt filii nupciarum quamdiu sponsus
est cum illis ieiunare. Cum autem habent
secum sponsum non possunt ieiu-
nare. Venient autem dies cum auferetur
f ab eis sponsus: et tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo assumentum
panni rudis assuit vestimento vete-
ri. Alioquin auferet supplementum
novum a veteri: et maior scissura
fit. Et nemo mittit vinum novum in
utres veteres. alioquin dirumpet vi-
num utres. et vinum effundet: et
utres peribunt. Sed vinum novum in
utres novos mittendum est. Et factum
est iterum. cum sabbatis ambularet per
sata: et discipuli eius coperunt
g pregredi et vellere spicas. Pharisei
autem dicebant ei. Ecce quid faciunt
discipuli tui sabbatis: quod non li-
cet. Et ait illis. Numquam legistis quid
fecerit David quando necessitatem ha-
buit esurivit ipse et qui cum eo erat
quomodo introiuit in domum dei sub
abiathar principe sacerdotum et panes
propositionis manducauit: quos non
licuit manducare licebat nisi solis
sacerdotibus et dedit eis et qui cum
eo erant. Et dicebat eis. Sabbatum
propter hominem factum est: et non ho-
mo propter sabbatum. Itaque dominus est filius
hominis etiam sabbati. III

A Et introiuit iterum in synago-
gam: et erat ibi homo
habens manum aridam. Et
observabant eum si sabbatis cura-
ret ut accusarent illum. Et ait homi-
ni habenti manum aridam. Surge in me-
dium. Et dicit eis. Licet sabbatis be-
nefacere an male: animam salvam
facere an perdere. At illi tacebant. Et
circumspiciens illos cum ira. contristatus
super caecitate cordis eorum dicit
b homini. Extende manum tuam. Et extendit
et restituta est manus illi. Exeuntes au-
tem pharisei statim cum herodianis consi-
lium faciebant adversus eum: quomodo
eum perderent. Ihesus autem cum discipu-
lis suis secessit ad mare: et mul-
ta turba a galilea et iudea secuta
est eum: et ab hierosolimis et ab
idumea et trans iordanem: et qui in
circuitu tirum et sidonem. multitudo magna
audientes quae faciebat venerunt ad eum
c et dixit ihesus discipulis suis: ut
in navicula sibi deseruiret propter tur-
bam ne comprimerent eum. Multos enim sa-
nabat: ita ut irruerent in eum ut
illum tangerent quotquot habebant pla-
gas. Et spiritus immundi cum illum vi-
debant procidebant ei: et clamabant
dicentes. Tu es filius dei. Et vehe-
menter comminabat eis: ne manifes-
tarent illum. Et ascendens in montem vo-
cauit ad se quos voluit ipse: et ve-
nerunt ad eum. Et fecit ut essent duo-
decim cum illo: et ut mitteret eos praedi-
d care. Et dedit illis potestatem curandi in-
firmitates: et eiciendi demonia. Et
imposuit simoni nomen petrum. Et ia-
cobum zebedei et Iohannem fratrem
iacobi. et imposuit eis nomina boanerges
quod est filius tonitrui. Et andre-
am et philippum et bartholomeum et
matheum: et thomam. et iacobum alphei
et thadeum et simonem chananeum
et iudam scariothem qui tradidit
illum. Et venit ad domum. Et conuenit
iterum turba: ita ut non posset neque
e panem manducare. Et cum audissent
hoc: exierunt tenere eum. Dicebant enim
quoniam in furore versus est. Et scribae
qui ab hierosolimis descenderant dicebant
quoniam beelzebub habet: et quia in prin-
cipe demoniorum eiicit demonia. Et con-
uocatis eis in parabolis dicebat illi